



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Romvaldi, Anachoretæ, Camaldulensium monachorum Patris: ex ea
quæ est à Petro Damiano præclarè conscripta. Claruit sub Otthono Imp.
Iuniore, anno salutis 973. & sequentib.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42716

tum, omnibus Christi fidelibus insigne virtutis
monumentum excitat.

Hæc commentaria beati Martyris Leontij, Cy-
rus icriba, tabulis plumbis exarata, apud sancti
Martyris monumentum deposita: ut ex ijs poste-
ri, gloriosi inde triumphi exemplum caperent.

Vitam SS. Genu & Protasij habet lector 28. Aprilij.

Item Vifini & Vitalis.

VITA S. ROMVALDI, ANACHORE-
ta, Camaldulenium monachorum Patris: ex ea
que est à Petro Damiano præclarè conscripta.
Claruit sub Otthono Imp. Iuniore, anno salutis
973. & sequentib.

19. Iunij

S. Romual-
di patria &
genus.

Sergius pa-
terius.

Romualdus Rauennæ illuſtrissima Ducum
ſtirpe progenitus, quanquam in prima
adolescentia mundi vanitatibus ſupra
modum deditus, ab omni religionis cultu peni-
tus alienus videretur, inſita tamen naturæ qua-
dam bonitate, in pietatis ſtudium acriter cereba-
tur; adeò ut frequenter cum inter ſylvas & Iuſtra
ferarum venationi operam daret, incredibili
quodam deſiderio eremum incolendi accende-
retur, nemorumque recessus, ad melioris vita-
fiugem euro inuitarent. Erat ei pater Sergius no-
mive homo ſecularibus negotijs totus implicata-
tus, qui propter terrenarum rerum poſſeſſione,
exorta cum propinquo quodam ſuo contentio-
ne, turpiter ſe homicidij criminē contamina-
rat, ac filium etiam Romualdum ad eiusdem ſce-
leris conſenſum pertrahere vehementer ſtude-
bat. At Romualdus quanquam tota mente im-
mane facinus detestaretur, tamen quia corpo-
re præſens fuerat, tantum ex admisſo patris

pecca-

naſte-
ſtar,
rus, ſ
poen-
fletib
coepi
prou-
naſtic
vitæ a
vnaqu
duam
zemp
rioris
ſed im
ſcipli
illista
Marin
netiar
grauit
Eod
ſeolus
poenit
gnitat
taque
biuum
te viro
vitæ in
ſalubr
ſtibus
piaret;
quibus
verſi in
Marin
comite

peccato dolorem concepit, ut ad Classense mo- Romualdi
nasterium beati Apollinaris, homicidarum in- pœnitentia,
stâr, quadraginta dierum luctu scelus expiatu- ob admisſū
rus, sese receperit. Vbi cùm se totum ex animo à patre ho
pœnitentiæ laberibus daret, mens eius cōtinu s
fletibus emollita, suave Christi iugum appetere micidium.
cœpit. Nec multò post monachorum pedibus Firmonas
prouolutus, precibus & lachrymis habitum ma- chus.
naesticum exorsit; totoque triennio admirabili
vitæ austерitate rebelles animi motus cōpescuit,
vnaque secum laxioris disciplinæ fratres, ad ar-
duam perfectionis semitam cùm verbo tum e-
xempli impellere conatus est. Sed cùm illi seue-
rioris vitæ disciplinam non modo despicerent,
sed impia etiam consilia agitarent, ut cælestis di- Imprebito
sciplinæ cupidum interficerent, Romualdus ut nachi, ei ne-
illis tanta iniuriantis barathrum clauderet, ad cem moliū-
tur.
Marinum quendam, eremiticæ vitæ cultu, in Ve-
netiarum partibus admodum insignem commi-
grauit.

Eodem verò tempore Petrus, cognomine Vr- seolus, Dalmatici ducatus gubernator, ductus Petrus Vrse-
poenitidine, quod iusto parum titulo ad eum di olus Dux
gnitatis gradum ascédisset, relictis diuitijs, spre Dalmatiae,
taque dignitate, in Gallias ad S. Michaëlis ceno- fit monachus.
rium confugit; ubi sub Guarino eximia sanctitate viro, diuino seruitio se mancipauit. Porro hoc
vitæ institutum, ex Marini & Romualdi consilio
salubriter assumpserat, ut dignis pœnitentiæ fru-
stibus sceleris sui reatum, quo astrictus erat, ex-
piaret; atque ut melius omnes inimici insultus,
quibus acriter semper recens ad Christum con-
uersi impugnari solent, sustinere posset, eodem
Marinum videlicet & Romualdum itineris sui
comites elegerat, qui tamen Petro in monaste-
rio hr.

rio firmiter constituto, ad rigidiorem vitam, cui assueti fuerant, reuersi sunt. Quibus etiam Petrus, peracto vix anni spatio, ad eiusdem solitudinis distinctionem aggregatus est.

Multi se Romualdo, in disciplinam tradunt, & inter altos Sergius pater eius.

Romualdus multis dæmonum patitur infestations.

Interea Romualdus accenso mentis desiderio, adeò in virtutum omnium studio crescere coepit, ut cuncti se eius disciplinis submittere gaudent. Et inter alios ipse Sergius pater, filius sui exemplo permotus, calcatis mundi pompis ineius disciplinam concessit: sed paulò post, prauæ consuetudinis mole pressus, in AEgyptum redire constituit; At Romualdi diligentia ab ea fuga retractus, & ad sanctæ conuersationis statum reductus, breui post ex hac vita ad meliorem migravit. Romualdus autem, post felicem patris obitum, ad paludem Claffensem se contulit: ubi vili constructio tugurio, horrendas dæmonum infestationes sustinuit; adeò ut non raro ab eis terræ allisus, multis plagiis foedatus fuerit. Sed malignus hostis, cum cerneret se contra Dei famulum præualere non posse, animos discipulorum eius concitauit, ut saltem alienæ salutis curam deponeret. Construxerat vir sanctus in Saxonati territorio, monasterium beato Michaeli Archangelo sacrum: in quo non pauci prauidemonis instinctu, adeò in odium viri sancti exarserunt, ut facta conpirazione, sudibus & phalangis eum expellerent. Expulsus autem hoc modo Romualdus decreuerat suæ cōcentus, alienæ saltus curam planè postponere. Sed hæc cogitationem tantus terror repente inuasit, ut ad sempiternos phlegetontis ignes se abripiendum cōtinuò existimaret, nisi protinus eam cogitationem misericordia faceret. Itaque iuniore Orthone Imperatore Claffensem Abbatiam ordinante, animarū ibidē regi-

Expellitur
vir sanctus, è
monasterio
à se constru-
to.

regimen coactus accepit. Sed cùm f. atrū mores prauitate vitæ corruptos, sanctioris instituti disciplinam pertinaciter respuere cerneret, illis relictis, cum Thamno & Bonifacio viris clarissimis, intima familiaritate regi iam antè coniunctis, alijsque quibusdam conuersis Theutonibus, ad Pereum, vbi dudum habitauerat, rediit ibiq; his, & alijs fratribus nō paucis aggregatis, & per cellas singulas constitutis, tanto feroore eremiticæ conuersationis rigorem & in se & in alijs instaurauit, ut illorum vita omnibus ingentem admirationem commoueret.

Præficitur
ab imp. Ot.
thone, Caso
senſi Abba-
tij.

Redit ad Pe-
reum.

Interea junior Otto Imperator in studiū vi-
ti sancti pietate singulari incitatus, monasteriū
in Pereo ad honorem S. Adelberti construxit: cui
contigua Classensis cœnobij prædia contulit, &
Abbatem ex Romualdi discipulis constituit, qui-
bus tamen omnibus ipse Romualdus suprema
potestate præfuit, fratreisque cœlestibus discipli-
nis ornarissimos reddidit. Post hæc ad ciuitatem
Parentium transfrerant, vbi annis admodū tri-
bus in admiranda sanctitate exactis, eam quoq;
ciuitatem nouo monasterio beatam effecit, & in-
signi virtutum omnium splendore illustravit.
Inde progressus ad Camerinæ prouinciæ Comi-
tes nuntios destinauit, qui auditio Romualdi no-
mine, quod longè lateq; sanctitatis opinione ad-
modū celebre erat, ingéri repleti gaudio, cuncta
sueæ ditionis obtulere prædia, ut fratres sanctissi-
mis eius disciplinis imbutos mitteret, qui eo-
dem pietatis splendore terram illa illustrarent.
Nec abnuit vir sanctus, sed locum cœlesti philo-
sophiae congruum, qui antiquitus Vallis de Ca-
stro vocabatur, fratribus suis elegit; vbi constru-
to monasterio, maximos animarum fructus Castro.

Otto Imp.
construit et
monasteriū
in Pereo.

f. c. c.

fecit. Confluebant enim hinc inde ad illum homines, rebusque omnibus pauperibus benignè erogatis, ad sanctæ conuersationis ordinem, spiritu fervido festinabant. Erat enim vir beatissimus flamma diuini amoris adeò æstuans, ut alios quocunque pergeret, sanctæ prædicationis facibus mirabiliter incenderet.

**Monasterium
virginum.**

**Magnus viri
sancti fer-
tor.**

**Sileti te-
gro septen-
tio, simul &
austerissimè
vixit.**

Instituit quoque eodem in loco, sacrarum virginum monasterium: & in Parulphi Comitis possessione aliud pietatis domicilium erexit, tamquam virtutum ornamenti ea decorauit, ut virtusque sexus homines innumerabiles in eius disciplinam è medio honorum ac voluptatum decurso, libenter immigrarent. Tanta enim erat viri sanctitas, tanta humanitas, tanta benignitas, ut ab eius consuetudine auelli non possent. Ipse vero tanto quoq; salutis omnium amore ardebat, ut rebus a se preclarè gestis nunquam contentus, totum quasi mundum à rebus periturus, ad eternitatis studia traducere conaretur.

Hinc quoque monasterium non longè à Massiliano castro construxit, arque in fauibus Calliensium montium aliquamdiu vitam transegit, ac deinde in Petranum montem, nō longè à monasterio S. Vincentij situm commigravit; unde tandem peragratis diuersis locis, Syriae monte habitaturus ascendit. Ibi vero quot dæmonum insidias, quot hominū insultus sustinuerit, quot contumelias Christi causa libenter pertulerit, non est nostra facultatis euoluere. Certè hoc in monte vir sanctus, septem annos continuos ab uno, simul & omni hominum consuetudine angusto domicilio seclusus, in summa austeritate vixit; prolsruit ut Pythagorico quodam silentio sibi indicio mente ac cogitatione assidua in cœlis degeret, & qua-

si mor-

si mortalitatis ergastulo planè solutus, omnes
corporis necessitates despiceret. Nā toto Qua-
dragesimæ tempore; nihil aliud neque in cibo,
neq; in potu; præter pugillum farinæ, & succum
quendam herbarum valdè exiguum, admisit.

Post quæ, cùm iam iter ad cælestem patriam
sibi instarē præuideret, ad monasterium in Val-
le de Castro à se constructum rediit; vbi in cel-
lula arctissimè conclusus, vltimum vitæ termi-
num in silentio expectauit, ac tandem magno cū
gaudio exceptit. Vixit autē vir sanctissimus an-
nis centum viginti, ex quibus viginti in seculo
tres in monasterio, nonaginta septem in solitu-
dine ac eremiticæ vitæ proposito transegit, &
collapsam in Italia eremiticam disciplinam re-
stituit, ac mirificè propagauit. Claruit porrò
post obitum, varijs miraculorum signis, quæ per
eum Deus ostendere dignatus est. Translatu ve-
rò tradunt eius corpus, Fabrianum, oppidum in
Piceno, vbi magna veneratione colitur.

VITA S. PAULINI, NOLANI EPISC. C. Baro, AB.
ex Gr. Tur. D. Gregorio Papa, & Vranio presbyt. tom. 4. & 5.
qui viro sancto familiaris fuit. Obiit an. Ch. 431.

Sanctus Paulinus Nolanus urbis Antistes,
Burdegalæ nobili familia ortus, Therasiæ
pari nobilitate fœminam sortitus est con-
iugem. Cumque magna diuinitarum gloria præ-
stans, splendide vitam ageret, die quodam lectio
illa Euangelica, quæ adolecenti præscribit, ut
omnia sua vederet, & pauperibus distribueret,
si vellet thesaurum in cælo consequi, ita animu-
eius perculit, ut statim venditis omnibus quæ
habebat, pauperibus erogaret. Exoneratus igitur
a cunctis cupiditatibus, gaudens & exultans

Sif

Chri-

22. Iunij.

S. Paulini
Patria.

Matt 19.
Vendit sua,
& dat pau-
peribus.